



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

rio videbitur expedire, suspenditur, ut aduertit etiam Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. res. 236. Quare haec sententia satis probabilis videtur.

9. Obseruat tamen Quarant. in ver. ordo vers. secundo limita, quod respectu eius, qui in suspensiō nem incidit propter aetatis defēctum, non potest Episcopus dispēfare, nisi impleta aetate: quia secundum receptam sententiam non potest Episcopus etiam ante promotionem dispensare circa aetatem ordinandorum, & ideo cum ipse aliter ordinās puniatur, in sua potestate esset illudere dicit pœnæ, si dispensare posset: vnde neque poterit dispensare, si scienter ordinavit non habentem legitimam aetatem arg. c. diversis fallacijs de Clericis coniug. Sylu. in ver. irregularitas nu. 12. & alij apud Quaran. loco cit. præsumitur 10 autem dispensatio in foro exteriō ex lapsu 20. annorum Rota decif. 200. num. 5. par. 2. Recent. quā resert Barbos. d. par. 2. all. 17. nu. 17.

S V M M A R I V M . 200

1 Clericus violans interdictum per exercitium ordinis sacri irregularitatem incurrit.

2 Clericus secularis violans cessationem a diuinis nullam incurrit irregularitatem.

Quid si regularis huiusmodi cessationem a diuinis violauerit, ibidem.

3 An incurrat irregularitatem clericus, qui in loco interdicto confert sacramenta.

4 Quenam sacramentia tempore interdicti permittantur, & quae prohibeantur, & nu. 5. 6. 7. 8. 9 & 10.

11 An Episcopus celebrans in loco interdicto irregularitatem incurrat.

12 Quando interdictus ab ingressu ecclie incurrat irregularitatem.

13 An Episcopus possit absoluere ab interdicto.

### C A P. V L T.

An, & quando possit Clericus in loco interdicto actus ordinis exercere, seu sacramenta conferre.



LERICVS tam secularis, quam regularis scienter violas interdictum per exercitium alicuius ordinis sacri irregularitatem incurrit, & sit ineligibilis tam aetiuè, quam passiuè c. i. de Postul. Pral. c. is, qui i. is verò de sent: excom. in 6. ac suspensus est a beneficio, & officio, & consequenter a iurisdictione cap. vlt. ubi glof. ver. irritas de excess. Präl. Sylu. in Sum. ver. interdictum 6. num. 3. & alij apud Bonac. de Censur. disp. 5. pun. 7. num. 4. se-  
cus si Clericus secularis violauerit cessationem a diuinis, hoc enim casu nullam irregularitatem incurrit, quamvis grauiter peccet; quia haec irregularitas non est in iure expressa. Nam. in Man. c. 27. num. 188. & alij communiter dixi,  
Clericus